ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 58v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nec dicit dicere. quia nunc agnoui quoniam tu times dominum;
Et tamen considerandum est. quia angelus haec
refertur ad abraham locutus. et quia in consequen
tibus euidenter hic angelus domini ostenditur. Unde pu
to quod sicut inter nos homines habitu repertus est.
ut homo. ita et inter angelos habitu est repertus
ut angelus. et ipsius sequentes exemplum. angeli
in caelo laetantur super unum peccatorem peniten
tiam agentem et de profectibus hominum gloriantur;
Ipsi enim uelut procurationem animarum nostrarum tenent.
quibus dum adhuc paruuli sumus uelut tutoribus
committimur. usque ad praefinitum tempus a patre; et ip
si ergo nunc de profectu unius cuiusque nostrum dicunt.
quia nunc cognoui quod timeas tu dominum; Uerbi causa
sic; propositum habeo martyrii. non ob hoc dicere
ad me angelus poterit. quia nunc cognoui. quod ti
mes tu dominum. Omnino enim soli cognitum est propositum
mentis. si uero accessero ad agones. protulero
bonam confessionem. quae inferuntur constanter
cunctu suscepero. Tunc potest dicere angelus
uelut confirmans me. et corroborans. nunc cog
noui quod times tu dominum; Uerum haec dictus sit ad a
braham. et pronuntiatus sit timere dominum. Qua
re. quia non pepercit filio suo; nos uero confe